

Doc. 10

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 10

1239 novembre 14, Lodi

Item. De eodem mandato scripsit R. de Salerno ad Bartholomeum Pignatellum de Brundusio.

Gratum ducit excellentia nostra, si quando ex indigenis regni nostri aliquem in conspectu nostro in Neapolitano studio, quod de provisione nostra fundavimus, in profexione alicuius scientie tam specialiter audivimus profecisse, ut dignus ad regimen censeatur. Admictentes igitur laudabile testimonium de scientia tua perhibitum coram nobis, quod in decretalibus ita profeceris, ut alios possis efficaciter edocere, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus in profexione ipsa scientie decretalium de cetero regere studeas et diligenter ac fideliter doceas auditores ad honorem et fidelitatem nostram; illam tue doctrine ac studii efficaciam ostensurus, ut laudis meritum te preveniat ab effectu.

Datum etc.